Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

186

planesium phedromius curgulio miles

pla Phedrome impera ph quid impere pla parasitum ne amiseris
Magna res est ph nulla est michi una qua habui
absumpsi celeriter pl teneo phe quid negocii est
pla Cogita unde istud habeat anulum cu pater istum meus gestavit
pla At mea matertera mater ei utendum dederat cu pater tuus
Cursu tibi pla nugas garris cu soleo namque propter eas uiuo facilius qd nunc
pla Obsecro parentes ne meos michi prohibeas cur quid ego
Subgeman abstrusos habeo tuam matrem et patrem
pla libera ego sum nata cu et alii multi qui nunc serviunt
pla Enimvero irascor cur dixi equidem tibi unde ad me hic pervenerit
Quociens dicendum est elusi militem inquam in alea
mi Salvus sis etiam quaeso quid agis bone vir ph audio
Si vis tribus bolis vel in clamide mi quin tu is in malam crucem
Cum bolis cum bullis redde mihi argentum aut virginem
ph Quod argentum quas mihi tricas narras quam tu virginem
Me reposcis mi quam a lenone abduxisti hodie scelus viri
ph nullam abduxi mi certe eccistam video ph virgo hec libera est
mi Mea ancilla libera ut sit quam ego numquam emisi manu
ph Quis tibi hanc dedit mancipio aut unde emisti fac sciam
mi Ego quidem pro istac rem solvi ab trapezita meo
Quam ego pecuniam quadruplicem abs te et lenone auferam
ph Qui scias mercari furtivas atque ingenuas virgines
Ambula in ius mi non eo ph licet ne antestari mi non licet
ph Iuppiter te male perdat intestatus vivito mi at ego quem licet te
ph Accede huc cu servo antestari mi vide hem ut
Sciat me liberum esse ergo ambula in ius hem tibi
cur O cives cives mi quid clamas ph quid istuc tibi tactio est
mi Quia mihi libitum est ph accede huc tu ego illum dedam tace
cur Phedrome obsecro serva me ph tamquam me et genium meum
Miles quaeso ut mihi dicas unde istum habeas anulum
Quem parasitus hic te elusit pl per tua genua te obsecro